




# CAROLVS SEXTVS

Istituto Campana Osimo®  
 Divinâ favente Cementia Electus Romanorum  
 Imperator semper Augustus, Rex Germaniae,  
 Castellae, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliae,  
 Hierosolymae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae,  
 Croatiae, Sclavoniae, Navarrae, Granatae, Toseti,  
 Valentiae, Gallitiae, Balearium, Hispaliae Sardiniae



Cordubæ, Corsicæ, Murtia, Gienni, Algarvia,  
Algezira, Gibilterra, Insularum Canariarum,  
nec non Indiarum Orientalium, et Occidentalium  
Insularum, ac Terræ firmæ Maris Oceani, Archidux  
Austria, Dux Burgundia, Brabantia Medio-  
lani, Parma, Placentia, ac Mantua, Stiria,  
Carinthia, Carniolia, Luxemburgi, Wirtem-  
bergia, Superioris, et Inferioris Silesia, Athe-  
narum, et Neopatria, Princeps Suevia Marchio  
Sacri Romani Imperij, Burgavia, Moravia,  
Superioris, et Inferioris Lusatia, Comes  
Habsburgi, Flandria, Tyrolis, Barchino-  
nis, Ferreta, Kiburgi, Goritia Roscillionis,  
et Ceritania, Landgravius Alsatia, Marchio  
Oristani, et Comes Goceani, Dominus Marchia  
Vindicia, Portus Naonis, Biscaya, Mosina

Salinarum Tripolis, et Mechlinia Gr. Gr.  
Magnifico, Nobili, Fidei, Nobisque dilecto Rinaldo Ri-  
naldi Cerronio gratiam Nostram Regiam, et  
bonam voluntatem. In regendis moderandisque popu-  
lis, quos Divina Voluntas Nostro subiecit Imperio,  
nihil Nos majore diligentia providendum duximus,  
quam ut Iustitia administrandæ curam ijs dumtaxat  
post accuratam inquisitionem committeremus, qui  
non modò omnibus necessarijs doctrinis, ac præsertim  
Divini humanique Juris scientia instructi ad id  
munus gerendum idonei forent; Verùm etiam incor-  
ruptum justitiæ amorem, nec dubiam probita-  
tem, atque innocentiam anteacto vitæ tempore  
demonstrassent; ita ut certa spes esset, nunquam  
fore, ut ipsi Juris dicendi officium quod susce-  
pissent, ad privatum compendium, quæstumque

converterent, sed publicum statum, et Civilem Societatem, ut par est servandam, ac tuendam adhiberent: Quamobrem constitutos à Nobis in Parmæ, ac Placentiæ Provincijs Magistratus ejusmodi Viris instruere, atque ornare curavimus, qui memoratis superius virtutibus Nobis fuissent commendati. Quorum in numero Nobis esse visus fuit prædictus Rinaldus Cerronius, Forocornesiensi Nobili familiâ natus, ac dignus profectò cujus Nos rationem haberemus. Ille enim in Ancarano Collegio Bononiensi sub Farnesiorum Ducum præsidio in omnibus disciplinis, ac virtutibus educatus, postquam manifesta sui Ingenij, ac Doctrinæ dedisset indicia, Parmæ Togati Fiscalis munere criminibus coercendis insignitus est, ac tantam

in rebus omnibus integritatem, incorruptamque Justitiæ observantiam ostendit, ut deinde ad Criminalis Auditoris officium promoveretur; in quo gerendo æquitatis suæ ac virtutis famam, quam multis benefactis comparaverat, majorem in modum auxit, ac propagavit. Quæ res effecit, ut ille ad Civilis Auditoris gradum in eadem Urbe Parmensi proveheretur, ac multa illi gravissimi momenti negotia ~~extra~~ ordinem à Farnesijs Principibus committerentur, quæ omnia diligenter, ac feliciter expedivit, Hæc autem quum Nobis comperta, atque explorata forent animum induximus eum in eodem honore, et gradu auctoritate Nostrâ constabilire; quod planè consideremus, ipsum certè non aliam futurum in posterum, ac

utilem semper, et fidelem operam Reipublicæ  
navaturum. Quapropter hisce litteris, ex  
certa scientiâ, deliberatè, et consultò, Cæ-  
sarea, et Ducali, quâ possemus auctoritate  
ac speciali etiam gratificatione, accedente  
demum ad hæc omnia Supremi Nostri Itali-  
ci Consilij deliberatione, memoratum supe-  
rius Magnificum Nobilem, Fidelem Nobisque  
Dilectum Rinaldum Rinaldi Cerronium Par-  
mæ Civilem Auditorem, ac Majorem Ma-  
gistratum facimus, constituimus, et cre-  
amus ad beneplacitum Nostrium, et merâ  
ac liberâ Nostriâ voluntate durante, ita  
ut harum litterarum vi, et potestate mu-  
nus illud liberè, ac fidenter exercent se-  
cundùm veteres, ac Novas editas à Nobis.


Sanctiones; Volentes insuper ut præter  
habitationis commodum Annuo interim  
fruaturs stipendio, quo ipse antehac  
fruebatur, quoad Nos plenam Constitu-  
tionem de congruis Magistratum sa-  
larijs ediderimus: quod præsens stipen-  
dium ipsi à die præstiti novi quidem  
jurisjurandi, se muneri sui partes ri-  
te, ac fidehiter expleturum, ex Nös-  
tro illo Ducali Erario quemadmodum  
moris est, hoc sanè novo Titulo inci-  
piet pernumerari; nec non ut omni-  
bus Emolumentis, Obventionibus, Ho-  
noribus, Prærogativis, Immunitatibus,  
Privilegijs, uti frui debeat, quibus alij  
Civiles Parmæ Auditores, ac ipse ad

hanc diem, legibus, aut moribus uti  
frui debuerunt, et consueverunt. Quo-  
circa Illustribus, Spectabilibus, Nobi-  
libus, Egregijs, Magnificis, Dilectis, Gu-  
bernatori, ac Capitano Nostro Generali  
pro tempore, ejusdemque Locumtenenti,  
et Vice-Gubernatori, Sacri Nostri præ-  
dicti præfatorum Ducatum Justitiæ Con-  
siliij Præsidi, et Consiliarijs, Directori quo-  
que Generali Nostri eorumdem Ararij, As-  
sessoribus, ac Consistoribus, et Fiscalibus,  
nec non Rationalibus ejusdem Directionis  
Generalis, ac prædictorum Ducatum,  
cæterisque demum universis, et singulis  
Ministris, Officialibus, et Subditis Nos-  
tris, Titulo, Officio, Auctoritate, et Potestate

Majoribus, et Minoribus quocumque Nomine  
nuncupatis, fungentibus, præsentibus et Futu-  
ris, tam Dictorum Nostrorum Ducatum,  
Parma, ac Placentia, quàm alterius ex  
Ditionibus Nostris edicimus, præcipimus,  
et jubemus, quatenus formam præsentium  
per eos, et eorumquemlibet diligenter ins-  
pecta, eam teneant prorsus, ac firmiter  
observent, observarique, et exequi faci-  
ant per quoscumque justa ipsarum Se-  
riem, continentiam, et tenorem, Teque  
Magnificum, Nobilem, Fidelem Nobis-  
que Dilectum Rinaldum Rinaldi Cer-  
ronium pro Nostro Parmæ Civili Audi-  
tore indictis ambobus Ducatibus Nostris  
Parma scilicet, ac Placentia, eorumque

Territorijs | ut supra habeant, teneant, re-  
-putent, honorificent, atque tractent, nec  
-contrarium faciant, fierive permittant.  
ratione aliquâ sive causâ, si Gratiâ Nos-  
-tram Casaream, Regiamque, et Duca-  
-lem Charam habent, ac præter Iræ, et  
-Indignationis Nostræ incursum mulctam  
-Scutorum nummum mille Nostro infe-  
-rendorum Crario cupiunt evitare. In-  
-cujus rei Testimonium præsentibus fieri  
-jussimus litteras Manu Nostrâ subscrip-  
-tas. Dabantur Vienna Austria Die  
-Quarta Mensis Februarij Anno à Na-  
-tuitate Domini Millesimo Septingentesi-  
-mo trigesimo Nono, Imperij Nostrî  
-Romani Vigesimo septimo, Regnorum.

autem Nostrorum videlicet Castella, Arago-  
-num Et. Trigesimo Septimo Hungaria  
-verò, et Bohemia pariter Vigesimo Septimo.

Carolus  


J<sup>us</sup> March<sup>is</sup> de Villar<sup>os</sup> J<sup>us</sup>

Joannes Amor a Soria Sec<sup>us</sup>

Comes Castellonensis Con<sup>is</sup>

J<sup>us</sup> Joannes

March<sup>is</sup> de Villar<sup>os</sup>

J<sup>us</sup> Juan<sup>es</sup>

Alvarez J<sup>us</sup>

Beati J<sup>us</sup>

Reg<sup>m</sup> In Lib. J<sup>us</sup> Titulor<sup>um</sup> Fol. CI. au<sup>to</sup>

Vostra Maestà Nomina Rinaldo Rinal-  
-di Cerroni per Auditor Civile di Parma  
-Consultato

Diasi puntuale Compimento à quanto S.M.C.  
si serve di Commendarci in questo Cesareo, e Reale  
Dispaccio, nè termini che vien prescritto, e doppo fatte  
Le dovute annotaz<sup>mi</sup> si restituisca L'originale alla  
parte. Milano Li 11. Marzo 1739  
Autentico

Si registri in questa Segretaria Subalterna, affincho tenga  
il suo compimento. Piacenza 17. Marzo 1739.  
Allo. F. J. J.

Istituto Campana Osimo ®

M. Gio. di Rossas Nazq.

D. Manuel di Jayasq.

Registrato nel libro di D. Desp. fol. 103

Regist. in Lib. p. dei Diplomi af. 32. n.  
Lago per spedizione, real sigillo, Pergamine, rigarle, scrittura, pedale, registro, sigillo nero,  
sigillo pendente, e Portiere, fiorini ottantotto, e carantani trenta quattro.

Reg. in lib. delle Patenti segnato B. n. 127 -

C. Giuseppe Vintimilla

